

Rhizoma in meo specimine 5 pollicare pennâ anserinâ dimidiò tenuius bifurcum. Pedunculi 1 $\frac{1}{2}$ -2 pollicares. Capitula eis *T. officinalis* vulgaris paulò minora. Achenium 2 $\frac{1}{4}$  lineas, rostrum 5 lineas longum. Species rhizomatis indole foliisque proanthiis infaustò casu adhuc ignotis ab omnibus aliis generis discedens.

**TARAXACUM SYRIACUM** Boiss.

*T. glaucum* rhizomate crasso squamoso sèpè cæspitoso, foliis rigidulis utrinque indumento minuto crispulo sparso pulverulentis costâ mediâ albâ crassâ percursis rùncinato-pinnatilobatis fidisve lobis triangularibus plùs minùsve aculeato-denticulatis, scapis densè et breviter tomentosis, involuci glabrescentis squamis exterioribus subpatulis triplò brevioribus latè triangularibus rubellis, interioribus erectis lanceolatis albo-marginatis, flosculis flavis involucrum parùm superantibus exterioribus extùs subviolascen-ibus, acheniis flavescentibus a medio sursùm valdè muricatis apice abruptè et longiusculè mucronatis rostro eis sesquiloniori superatis.

Hab. in *Gebel Baruck* Libani inter *Rascheya* et *Deir el Kamr* (Boiss.), ad *Wadi el Khan* Antilibani inter *Beyrouth* et *Damascum* cl. Gaillardot, circâ *Eden* Libani cl. Blanche.

Planta habitu, foliis valdè affinis *T. serotino* W. K. quod differt a nostro capitulis paulò minoribus, involuci phyllis exterioribus dimidiò angustioribus longè caudatis, acheniis sparsim et breviùs muricatis. *T. Libanoticum* DC. species adhuc malè nota nostræ speciei quoque habitu similis differt collo radicis densè lanuginoso, involuci phyllis externis eis *T. serotini* similibus.

**LACTUCA STOCKSII** Boiss. (Sect. *Scariola*.)

*L. annua* a collo sèpiùs pluricaulis, foliis ferè omnibus radicibus patentibus secùs petiolos et costam medium parcè papillosum runcinato-lyratis segmentis lateralibus parvis inferioribus triangularibus superioribus oblongis repandis terminali majori ovato vel triangulari obtuso vel acuto, caulis basi hispidis cæterùm glabris a medio sèpiùs dichotomè ramosis, foliis caulinis paucis linearibus integris, pedunculis glabris tenuibus bracteolatis capitulo

cylindrico paucifloro longioribus, involuci glabri phyllis virentibus membranaceo-marginatis infimis triangularibus brevibus superioribus inaequalibus lanceolatis acuminatis obtusis, flosculis..., acheniis atris oblongis basi attenuatis compressis utrinque tricostatis tenuissime transversè striolatis rostro albo eis duplo longiori superatis, pappo albo criso brevi.

Hab. in provinciâ Beloutschistan cl. Stocks. exs. pl. N° 809 et 830.

Folia minuta majora 12-15 lineas longa, caules 6-9 pollicares capitulis paucis laxissime corymbosis. Ex affinitate *L. undulatae* Ledeb. quæ differt foliis dentatis vel pinnatifidis, caulibus abbreviatis foliosis, pedunculis brevibus, capitulis fructiferis 12 nec 6 lineas longis, acheniis albidis utrinque uninerviis cum pappo pollicaribus nec 6 lineas longis.

#### ZOLLIKOFERIA MUCRONATA Boiss. Diagn.

Quædam de synonymiâ hujus speciei et affinium notanda.

1º *Z. mucronatae* synonymon adducendus *Sonchus Candolleanus* Jaub. et Sp. Illustr. pl. Or. tab. 279 (eximia!) sed inter locos a cl. auct. enumeratos specimina sub 208 e regione *Hauara* Arabiæ Petreæ a cl. Schimper evulgata ad *Z. Arabicam* Boiss. pertinent. Si genus *Zollikoferiae* ad *Sonchum* reducitur hæc species *S. mucronatus* nominanda erit.

2º *Sonchus Cassinianus* Jaub. et Sp. tab. 280 a præcedenti inter alias notas pappo caducissimo nec persistenti eximiè differt. Hujus specimina vidi ex Ægypto Aucher! Sieber! Kralik! ditione *Beloutschistan* Indiæ finitima cl. Stocks! Specimen N° 827 collectionis Arabicæ Schimperianæ junius et non satis evolutum huc a cl. Jaub. et Spach. citatum mihi potius ad speciem sequentem spectare videtur.

3º *Zollikoferia Arabica* Boiss. tandem a cl. auctoribus citatis ad synonymiam partim *Sonchi Candolleani* partim *Sonchi Cassiniani* citata, ab utrâque specie habitu *Picridii* ut jam notavi, acheniis brevibus a me in specimine incompleto erroneè lœvibus dictis sed reverâ longè viloso-sericeis prorsus abhorret. Hujus typus est planta sub N° 208 vel 207 a regione *Hauara* Arabiæ petreæ a cl. Schimper relata. Hanc quoque Marte 1846 in Arabiâ petræa legi et est denique ipsissima planta sub nomine *Sonchi Lybici*